Sincerū niſi vas · qđcūqʒ infundis aceſcit
Thobias — Inſere virtutes reſciſſe ſentibus · orto
Purgato / poterunt fructificare roſe
Ape·iii· — Menti ſincere p̄ſſunt hec verba placere

Explicit prohemiū·

Incipit liber primus qui tractat de ſupbia Deſcriptio ſuperbie· Capitulū p̄mū·

Alanus

O Faſtus · vitāda lues ·fugienda caribdis
Culpa ḡuis · morb⁹ cōis · publica peſtis
Janua peccati viciorum mater · origo
Nequicie· ſemen odiȷ· venatio pūgne
Que cadit aſcendens· elata perit· peritura
Erigitur· promota ruit· ruitura tumeſcit
Que ſe ferre nequit· ſupra ſe lata· ruinam
Infra ſe patitur· nec ſeſe ſuſtinet · ymo
Mole ſua premitur· proprio ſub pondere lapſa

De effectu eiuſdem· Cap̄·ij·

Alanus — Extra ſe cogit hominē ſe querere dum ſe
Exit homo· factuſqʒ ſibi contrarius a ſe
Diſcrepat· oblituſqʒ ſui· ſe neſcit· et vltra
Tranſgrediens · euadit adhuc· plus eſſe laborans
Q̄m ſit· nec propria contentus origine· ſeſe
Eſſe cupit maior· et ſe ſupare laborat
Quod petit amittens perdēs qđ poſtulat· optans
Qđ ſibi mentitur falſum venatur honorem
Hec peſtis rectum viciat· deturpat honeſtum
Fermentat mores · iuſtum fugat· vtile perdit
Eūhard — Non paucos inflat ventoſa ſuperbia· peſtis
Luciferi· celo primiciata luce·

De fragilitate humane cōdicōis · Cap̄·iij·

DIſcite o miſeri et cauſas cognoſcite rerum Pe[illegible]
Quid ſumus / ⁊ quid nā victuri gignimur ordo
Quis datur / et mēte q̄ mollis fluxus ⁊ vnde
Si quis materiam perpendat originis / vnde Thobias
Vnde ſupercilium tollitur / vnde tumor
Eſt caro vas luteum / vas lamentabile / fenum
Aridulum / fragilis glebula. ſaccus olens
Carnis vita labor / carnis conceptio / tabes Oracius
Menſtrua / putredo / finis / origo lutum
Sperma prius / modo ſaccus olens / poſt vermibus eſca
In tumulo quaquā dote ſuperbit homo
Materies terrena ſumus / lumenq̄ȝ ventum Arator
Nomine reddit homo .·.tumido fortiq̄ȝ cadendum eſt Lucas
Es ſapiens marcet ſapiencia morte / redūdas Thobias
Diuicijs lapſu mobiliore fluunt
Es probus expirat probitas / es honeſtus
Honeſtas labitur / es fortis fortia morte cadunt
Regreditur cinis in cinerem / reſolutio carnis
Monſtrat principij materiale lutum
Vt flos egreditur / monſtrās in carne nitorem Aurora
Sed poſt conteritur perdens in morte colorem.

¶ De hijs qui ſe de nobilitate iactāt ⁊ turpit̄ viuūt

STemata q̄d faciūt q̄d prodeſt pōtice lōgo ¶ ca. iiij Juuenal
Sāguine cenſeri pictos oſtendere vultus
Maiorum / et ſtantes in curribus emilianos
An deceat vanis pulmonem rumpere ventis Perſius
Stemate q̄d tuſco ramum milleſimo ducis
Cenſoremq̄ȝ tuum vel q̄d trabeate ſalutas
At populum faleras ego te intus et in cute noui
Non pudet ad morem diſcincti viuere nacte
Quis fructus generis tabula iactare capaci Juuenal

Famoſos equitum cum dictatore magiſtros
Si coram lepidis male viuitur affigies quo
Tot bellatorum/ ſi luditur alea pernox
Tota licet veteres exornent vndiqz cere
Acria nobilitas ſola eſt atqz vnica virtus
Qz ꝓpria virtus vnūquēqz nobilitat. Cap. v.
Juuenal Paulus vel petrus/ vel thomas moribus eſto
Prima michi debes animi bona/ ſanctus haberi
Juſticieqz tenax factis dictiſqz merearis
e. Juuen̄ Egregijs: quis enim generoſuz dixerit hunc/ qui
Indignus genere et preclaro nomine tantum
Inſignis nanū cuiuſdam athlanta vocamus
. Ouidi Ethiopem cignum. bona non ſua quiſqz recuſet
Nam genus et proauos et que non fecimus ipſi
. Perſ9 Vix ea noſtra voco. Non ſi quid turgida roma
Eleuet accedas examēqz improbum/ in illa
Caſtiges trutina/ nec te queſieris extra
Qz nō ſit gloriandū de nobilitate aut v̄tute parē tum. Capitulū. vi.
Juuenal Stande tumes alto druſorum ſaguine tamq̄
Feceris ipſe aliquid ꝓpter quod nobilis eſſes
Vt te cōciperet que ſanguine fulget yuli
Non que ventoſo conducta ſub aggere texit
Vos humiles inquis vulgi pars vltima noſtri
Quorum nemo queat patriam monſtrare parentis
Aſt ego tetro pidas viuas et originis huius
Gaudia longa feras tamē ꝑma plebe quiritem
Facundum inuenies/ ſolet hic defendere cauſas
Nobilis indocti Cui nulla ſciencia fandi
Dic michi teucrorum proles/ animalia muta
Quis generoſa putat nec forcia/ nempe volucrem

Hic laudamus equū/ facili cui plurima palma
Feruet et exultat/ rauco victoria circo
Nobilis hic quocūq; venit de gramine/ cuius
Clara fuga ante alios · et primus in equore puluis
Sed venale pecus corite poſteritas et
Hirpini/ ſi rara iugo victoria ſedit
Nil ibi maiorum reſpectus / gracia nulla
Vmbrarum/ dominos precijs mutare iubentur
Exiguis tritoq; trahunt epiredia collo

Quid deceat nobilem · Capitulū · vij ·

Ergo vt miremur te/ non tua primuz aliquid da
Qd poſſum titulis incidere/ poteſt honores
Quos illis damus et dedimus / quibus omnia debes
Nam ſtultum et miſeruz eſt aliorum incūbere fame
Ne collapſa ruant ſubductis tecta columpnis
Stratus humi palmes viduas deſiderat vlmos
Eſto bonus miles / tutor bonus / arbiter idez
Integer/ ambigue ſi quādo citabere teſtis
Incerteq; rei/ falaris licet imperet/ vt ſis
Falſus / et admoto dictet periuria ferro
Summū crede nefas animaz preferre pudori
Et propter vitam viuendi perdere cauſas

Quid faciat nobilem · Capitulū · viij ·

Si tibi ſancta cohors comitū/ ſi nemo tribunal
Vendit acriſe comes / ſi nullū in coniuge crimē
Nec per conuentus et cuncta per oppida curuis
Vnguibus / ire parat nūmos raptura celeno
Tum licet a pico numeres genus / altaq; ſi te
Nomina delectant omnez tytanida pūgnā
Inter maiores ipſū q; promethea ponas
De quocūq; voles proauū tibi ſumito libro



Iuuenal
Iuuenal

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Mathe9 Virtus nobilitat hominem/virtute remota
Migrat in exilium nobilitatis honor
Pre radiat virtus gemmis/auriqꝫ nitorem
Preſuperat/ſolis ſola petenda viris.

Quid faciat ignobilem. Capitulū.ix.

Juuenal Quod ſi precipitem rapit ambitus/atqꝫ libido
Si frangis virgas ſociorum in ſanguine/ſi te
Delectant hebetes laſſo lictore ſecures
Incipit ipſorum contra te ſtare potentum
Nobilitas/claramqꝫ facem preferre pudendis
Omne animi vicium tanto conſpectius in ſe
Crimē/habet/quāto qui peccat maior habetur
Malo pater tibi ſit Terſites dummodo tu ſis
Eacide ſimilis vulcanaqꝫ arma capeſcas
Qꝫ te terſite ſimilem producat achilles
Oracius Vt quātum generi demas virtutibus addas

Qꝫ omnes homines eque ſint nobiles. Cap.x.

Boecius Omne hoīm genus ī terris ſimili ſurgit ab ortu
Vnus enim rerum patˀ ē/ vnus cūcta miniſtrat
Ille dedit phebo radios dedit et cornua lune
Ille homines eciam terris dedit et ſidera celo
Hic clauſit mēbris animos/celſa ſede petitos
Mortales igitur cunctos edit nobile germen
Quid genus et proauos ſtrepitis/ſi primordia vrā
Auctoremqꝫ deum ſpectes/nullus degener extat
Ni vicijs peiora fouens proprium deſerat ortum.

De ypocrita. Capitulū.xi

Orac9. Vir bonus omne forū quem ſpectat et oē tribunal
Quādo cūqꝫ deos/vel porco vel boue placat
Jane pater clare/clare cum dixit apollo
Labra mouet metuens audiri/pulchra lauerna

Da michi fallere da iuſtuz ſanctūqz videri
Noctem peccatis et fraudibus obice nubem

¶ Qꝫ nō ſit credendū laudibus humanis · Cap̄·xij· Oracius

SCtamus iam pridem omnis te roma beatum
Tu recte viuis ſi curas eſſe q̄d audis
Sed vereor ne cui de te pluſq̄ tibi dicas
Neue putes alium ſapiente bonoqz beatū
Neu ſi te populus ſanū recteqz valentem
Dictitet/occultā febrem ſub tempus edendi
Diſſimules/donec manibus tremor incidat vnctis
Stultoꝝ incurata malus pudor vlcera celat

¶ De vituperatione ypocrite. ¶ Capitulū·xiij·

CVm pateris ſapiens emendatuſqz vocari
Reſpondesne tuo dic ſodes nomine/nempe Idem
Vir bonus et prudens dici delector ego ac tu
Qui dedit hoc hodie cras ſi volet auferet/vt ſi
Detulerit faſces indigno detrahet idem
Pone meū eſt inquit/pono/triſtiſqz recedo
Idem ſi clamet furez/neget eſſe/pudicū
Contendat laqueo collū preſſiſſe paternuz
Mordear obprobrijs falſis/muteqz colores
Falſus honor iuuat et mendax infamia terret
Quē nec mendoſū et mendacem vir bonus eſt quis
Qui conſulta patruz/qui leges iuraqz ſeruat
Quo multe magneqz ſecantur iudice lites
Quo reſponſore et quo cauſe teſte tenentur
Sed videt hunc omnis domus/et vicinia tota
Introrſum turpē et ſpecioſum pelle decora
Pelliculam veterem retines et fronte polita Perſius
Aſtutā vapido ſeruas ſub pectore vulpem

¶ De fugienda ypocriſi. ¶ Capitulū·xiiij·

Virgili. O formoſe puer nimium ne crede colori
Alba liguſtra cadunt vaccinia nigra leguntur

Auſon. Omne quod eſt rubeum nomen non impetrat auri
Omne quod eſt niueum non imitatur ebur

Perſius Quin tu ſumma igitur ne quidꝙ pelle decoris
caudam iactare popello

.·. Arator Deſinis .·. o quãtum diſtant humana ſupernis
Iudicijs / qui merito tranſcenditur ille

.·. Luca. Laude hominũ qui iuſtus erat .·. nunc conſule ſume
Fata tibi longe fluxerunt proſpera vite

Qualiter fugienda ſit ypocriſis . Capitulum . xv .

Ouidius Tu neqꝫ ſubiectus ſolito / neqꝫ blandior eſto
Hec animi multum ſigna nocentis habent

Perſius Reſpue qđ non es tollat ſua munera cerdo
Tecum habita noris ꝙ ſit tibi curta ſupellex

Eſopus Quod non es / non eſſe velis / qđ es ipſe fatere
Eſt male quod non eſt / qui negat eſſe quod eſt

De iactancia virtutum . Capitulum . xvi .

Catho Ne ſis ventoſus dum vis bonus eſſe videri
Nec te collaudes nec te culpaueris ipſe
Hoc faciunt ſtulti quos gloria vexat inanis

Oracius Nec furtum feci / nec fugi / ſi michi dicat
Seruus / habes preciũ / loris non vreris / aio
Non hominem occidi / non paſces in cruce coruos
Sum bonus et frugi renuit / negitatqꝫ ſabelus
Cautus enim metuit foueam lupus / accipiterqꝫ
Suſpectos laqueos / et optum miluus hamũ
Oderunt peccare boni virtutis amore
Oderunt peccare mali formidine pene
Tu nichil admittes in te formidine pene
Sit ſpes fallendi miſcebis ſacra profanis

Nam de mille fabe modijs / cum ſurripis vnum
Dampnū eſt / non facinus michi pacto leuius iſto
Nolo velis rerum quicꝗ laudare tuarum Auianꝰ
Ni ſint alterius ore probata prius
Nec tua laudabis ſtudia / aut aliena reprendes Oracius
Officium alterius multis narrare memento Catho.
Atqꝫ alijs cum tu benefeceris ipſe ſileto
Incipiens eſto cum tempus poſtulat aut res
Stulticiam ſimulare loco prudencia ſumma eſt

De iactancia ſtrennuitatis. ¶ Capitulū. xvij.

Res gerere et captos oſtendere ciuibus hoſtes Oraciꝰ.
Attingit ſolium Jouis et celeſtia temptat
Sciſmatici querunt vt ſublimes videantur Auctoritas.
Pro magno ſpondent alijs vt laude fruantur
Non in ſublimi ſtes coram principe ſede
Ne princeps dicat tibi forſan / ſurge recede
Sed magis extremis reſidens in ſedibus eſto
Principibus placuiſſe viris non vltima laus eſt Oraciꝰ.
Quilibet ignotis de ſe bona predicat / et qui Hinricꝰ.
Non habet vſurpat nomina magna ſibi

De Jactancia ſciencie. ¶ Capitulū. xviij

Moribus indignū fateor ſtudijſqꝫ pudicis
Oſtentare ſuum ꝓprie nam venditor artis
Petitulat titulos quos ingerit .: vſqꝫ adeo ne .: Perſiꝰ
Scire tuum michil eſt niſi te ſcire hoc ſciat alter
Ac pulcrum eſt digito monſtrari et dicier hic eſt
Vincat opus verbum minuit iactancia famam Ganfrid
Quod omne bonum a deo ſit. ¶ Capitulū. xix.

Si qua boni ſcintilla patet / ſtillat bonitatis Thobi[illegible]
Fonte / deus bona dat queqꝫ miniſtrat homo
Plaſma dat obſequium deus incrementa ꝓmat
Grata / miniſterium lingua / cariſma deus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Diſpenſat figulus artem per vaſcula/fractis
Vtitur ad ſtabilis integritatis opus
Fructificat deus in famulis diuina ſupellex
Eſt homo/ponit homo ſemina/grana deus
zozimas Ex ope celeſti fit ſiquid habetur honeſti
Et venit a ſuperis vt agas bene vel mediceris.

## De ambitione dignitatū vel prelaturarū. Ca. xx.

Persiꝰ O Curas hominū o quātū eſt in rebus inane
Alexā. Omnes res vane ∴ Quā friuola gloria reruȝ
Qm̄ mundi fugitiuus honor q̄ nomen inane
Prelatus/qui preeſſe cupit prodeſſe recuſat
An neſcis longo qđ prouocat ethera ramo
Arboreū robur/firma radice ſuperbum
Quodqȝ diu creuit hora extirpabitur vna
Stultus qui fructū dum ſuſpicit/arboris altū
Non vult metiri/videas ſublime cacumen
Prendere dum tendis/poſtq̄ cōprēderis illud
Cum ramis ne forte cadas/auiū fuit eſca
Paruarum/qn̄qȝ leo rex ante, ferarum
Ferrum cuncta domans atqȝ omni durius ere
Conſumit rubigo vorax/ſub cardine mundi
Tam firmū nichil eſt/cui non metus eſſe ruine
Poſſit ab inualido/quis non dum nauigat orbem
Debeat occurſum mortiſqȝ timere ruinam
Dares Felices quos non trahit ambitus/ardua nactus
Non in ſe deſcendit honos non ceca poteſtas
Quid poſſit fortuna videt/non perfida ſentit
Proſperitas floruiſſe hominē/qui videt in altis
Ouidiꝰ Difficiles aditus ꝛc̄. Ardua ꝑ p̄ceps gl̄a vadit iter
Gāfridꝰ Precurrant greſſus oculi/circumſpice mentē
Et vires metire tuas/ſi fortis es aude

Forcia/ſi fragilis/humeris impone minora
Si mediocris/ama mediocria/ſumere noli
Quod quādo ſumis preſumis/in omnibus vna
Eſt virtus/ſeruare modum/memor imprime menti
Cum fueris maior cunctis te crede minorem
Et de te mentire tibi/ne ſic in abiſſum
Deicias alios/et te ſuper ethera tollas
Celſior eſt humilis cunctiſqꝫ potencior ibit
Qui cunctis ſubiectus erit/ſeſeqꝫ minorem
Demiſſa ceruice geret:·proch cecus et amens
Ambitione furor ſtruit audax irrita fata

De Symonia· Capitulum·xxi·

Felices anime dum vitalis calor/artus
Erigit infuſos/ſi preguſtare daretur
Que maneant manes decurſo tempore iuſtos
Premia/que requies et ꝙ contraria iuſtis
Impius expectet/non nos funeſtus habendi
Irretiret amor/nec carnis amica libido
Non adeo ambirent cathedre venalis honorem
Simonis heredes/non incentiua malorum
Pollueret ſacras funeſta pecunia ſedes
Non aſpiraret licet indole clarus auiti
Sanguinis/impubes ad pontificale cacumen
Donec eum mores ſtudiorum fructus et etas
Eligerent/merito non ſuffragante pentum
Sed quia labilium ſeducta cupidine rerum
Dum ſequitur profugi bona momentanea mundi
Allicit illecebris animā caro/nec ſinit eſſe
Principij memorem/vel cuius ymaginis inſtar
Facta ſit/aut quorſum reſoluta carne reuerti
Debeat/inde boni ſubit ignorancia veri

Seruius

·:Luca·

Alexād·

Inde eſt ꝙ ſpretis cupimus racōnis habenis
Q8 natura negat/facinuſqꝫ paratus ad omne
Non reueretur homo/q8 fas et iura verentur
Eūhard9 Crimen auaricie/dirūqꝫ nefas ſymonie
Regnat in eccleſia liberiore via
Otto Quid non vel rerum vel honoruꝫ ceca cupido
Quid non ambicio/fuluiqꝫ fames facit auri
Ouidius Aurea ſecula ſunt vere nunc plurimus auro
Venit honos/auro conciliatur amor
In precio precium nunc eſt/dat cenſus honores
Cenſus amicitias/pauper vbiqꝫ iacet
Ipſe licet venias muſis comitatus homere
Ouidi9 Si michil attuleris ibis homere foras
Otto Rerum mandato ſubſeruit ſūma poteſtas
Et quas ipſa ſolet largiri lumine ceco
Fortunā moderantur opes/nec iam niſi rerum
Tramite/ſucceſſus infert incauta benignos
Paſtor auaricie ſtimulis ceruiceqꝫ turgens
Elati capitis cōmiſſuꝫ turbat ouile
Et pecus obſcenum fedate verbere caude
Spargit in omne pecus proprie contagia labis
Dares Parcite ſacrilega ſuperos inceſſere preda
Parcite venales quiſquis venatur/honores
Unde ruat ſtabula alta ſtruit/premit vlcio noxas
Tunc grauior/cū tarda venit/tunc plena timoris
Cum terrore caret/blanda nil ſeuius ira
Cum floret miſeri felix iniuria voti

De pſperitate vel felicitate huius mūdi·Cap·xxij

Alda Accidit in mūdo ſolūmodo pſpitatis
Hoc homini/q8 nil pſperitatis habet
Non miſere miſer eſt cui nil datur vnde nocere

Irati poſſit numinis ira ſibi
Non miſere miſer eſt/cui nil conceſſit habenduz
Caſus/ait ſurdo ſupplicet ille Joui
Nil felicis habet qui felix eſſe putatur
Non eſt quem miſerum credimus eſſe miſer
Iſte ſtat et lapſum metuit/iacet vtqz reſurgat
Expectans/alter non habet vnde ruat
Preſſus in aduerſis/iam nil timet/ymo recurſus
Jam certe expectat tutior ille rote
Hunc quē fata fouent comes indiuiſa ſecundis
Cura vigil macerat ſollicitatqz timor
Proſperitas igitur eſt proſperitate carere
Nam venit ex ſola proſperitate dolor.
Qz non ſit cōfidendū vel gloriādū i pſpis .c.xxiij.
Semper vt ex aliqua felices parte querentur — Bñ.fil.
Leges humane conditionis habent
Omnibus ne crede tuis/ſi tempꝰē paruo — Gāfrid9
Alluxere tibi/mox ſunt clauſura ſerenum
Nubila ſata diem/ducentqz crepuſcula noctem
Inſidias ponit ſemper ſors aſpera blande
Anticipatqz fugam melior fortuna repente
Triſtis ab incauto furit auſter ſub aere leto
Nubilus exſudat aer ſub ſole ſereno
Non nimis exultes/plauſum ſub fine modeſto
Stringas/et fines eius non amplius equo
Extendas/ſed mens caſus incauta futuri
Emula ſit Jani/retro ſpeculeris et ante
Si bene ſucceſſit/ne prima ſed vltima ſpectes
A caſu deſcribe diem non ſolis ab ortu
Deſine grande loqui frangit deus omne ſuperbum — Pru̅d9
Magna cadunt/inflata crepant/tumefacta premūt
Diſce ſupercilium deponere/diſce timere

Ante pedes foueam/ quiſquis ſublime minaris
Thobias Diſpenſat radios ſol veſpere plenius/ hora
Veſpertina ſolet intitulare diem
Arator Euentus poſt facta ſolet diſcernere cauſas
Ganfri Vt ſis ad plenū ſecura verere futura
Exemplar ſyrenas habe doceaeris in illis
Sub meliore ſtatu ſemper peiora cauere
Nulla fides rerum ſequitur poſt melle venenum
Et claudit nox atra diem/ nebuleqꝫ ſerenum
Auianꝰ Nemo ſue carnis nimium letetur honore
Ne vilis factus poſt ſua fata gemat
Ouidiꝰ Vilia qui quōdam miſeris alimenta negauit
Nunc mendicato paſcitur ipſe cibo
Nos quoqꝫ floruimus ſed flos erat ille caducus
Flammaqꝫ de ſtipula noſtra breuiſqꝫ fuit
Pares Poſt zephiros plus ledit hyems / poſt gaudia luctus
Vnde nichil melius ꝙ nil habuiſſe ſecundum
Lucanꝰ O faciles dare ſūma deos eademqꝫ tueri
Difficiles ꝙ vanus honor ꝙ rara bonorum
In finem producta fides / ſis tempore longo
Fauſtus / ſis quouis maior/ quid ſtulte ſuperbis
Ouidi.: Vltima felices etas facit.: vltima ſemper
Expectanda dies homini eſt/ diciqꝫ btūs
Ante obitum nemo ſupremaqꝫ funera debet
Luxuriant animi rebus plerumqꝫ ſecundis
Nec facile eſt equa cōmoda mente pati
Otto Non ſibi concordem ſpondent exordia finē
Querulꝰ Qui miſer eſt errat ſi ſe putet eſſe beatum
Si quem felicem vis querere conſule finē
Nemo prius felix ꝙ moriatur erit
Otto Precipitat ſtultas petulans audacia mentes

Obpropetata nimis et fallax ambiguarum
Credulitas rerum/quarum fallacia ſtultos
Negligit/et proprie ſtruit inſtrumenta ruine.

De opinione vulgari. Capitulū. xxiiij

Barbara ſimplicitas a maieſtate venuſti Alexād.
Corporis atqꝫ habitu veneratur et eſtimat oēs
Magnorumqꝫ operum nullos putat eſſe capaces
Preter eos/natura quibus conferre decorum
Dignata eſt corpus ſpecieqꝫ beare venuſta
Sed modico preſtat interdum corpore/maior
Magnipotens animus tranſgreſſaqꝫ corporis artus
Regnat in obſcuris preclara potencia mēbris Stacius
Maior in exiguo regnabat corpore virtus
Miremur potius quos munera mētis adornant Auianꝰ
Quā qui corporeis enituere bonis
Auri nobilitas luteam ſi veſtiat ollaꝫ Suſan.
Non ideo ſequitur hanc minus eſſe lutum

De honores mutant mores. Capitulum. xxv.

Heu quātum celeris/heu quātum: ſtulticiarum Otto
Nutrit in humanis diuina potencia rebus
Hoīs miſeri querula eſt felicis vero ſuperbus Alexād
Eſt ſtatus/et tumide nulla eſt compaſſio mentis
Diuicie mentem viciant/ditata repente Hinricꝰ
Non penſat quid erit/non meminit quod erat
Permutant mores hominis cum dantur honores Eūhard
Corde ſtat inflato pauper/honore dato
Cuꝫ annis creſcat copia/creſcit honor Quercꝰlꝰ
Sic animi fiunt ad noua fata noui
Nil pudet aſſuetos ſceptris mitiſſima ſors eſt Lucanꝰ.
Regnorum ſub rege nouo!.noua gloria ſuadet !. Staci

O mores es an erit quiſquā / qui velle recuſet
Juuenal' Os populi meruiſſe. michil eſt qd credere de ſe
Perſi9. Non poſſit cum laudatur dijs equa poteſtas
Qꝫ nulla potencia longa ſit. Capitulū. xxvi
Otto O Quātum diuina potencia iuris habere
Rebus in humanis ſolet / arcens omnia nutu
Prouida cura dei / ſi quid permiſit iniquum
Vergit in oppoſitam cum vult ſentēcia partem
Parcite mortales animos extollere faſtu
Collatis opibus aſpernariqꝫ minores
Alexan. Parcite victores ingrati viuere ſummo
Victori / vires / ſceptrum / diadema / triumphos
Diuicias dare qui potuit auferre valebit
Ouidi9 Nil ita ſublime eſt ſupraqꝫ pericula tendit
Non ſit vt inferius ſuppoſitumqꝫ deo
Gāfrid9 Hoc vnum preſcire potes quia nulla poteſtas
Eſſe moroſa poteſt / quia res fortuna ſecundas
Imperat eſſe breues / ſi vis exempla / priores
Reſpice fortunas / emarcuit illa priorum
Florida proſperitas Minos ſubuertit athenas
Dares. Ilion atrides. o noxia gloria rerum
Tuta inopes facis adimit fuga / notus in auro
Dux timet / et mortis diſcrimina dicia geſtat
In ſe magna ruunt letis / hunc numina mundi
Gāfri. Creſcendi poſuere modum. mentita poteſtas
Leta breui / probroſa diu / poſt pauca ſerena
Spuria perpetuo ſordeſcit gloria luctu
Alexād Voluitur inſtabili motu fortuna. ſecunde
Res ita ſe prebent vt nulli fas ſit in vno
Semper ſtare gradu Ne dixeris eſſe beatum
Qui quo creſcat habet / niſi quo decreſcere poſſit

Non habeat/ſatius eſt non aſcendere/ꝙ̄ poſt
Aſcenſum regredi/melius non creſcere/ꝙ̄ poſt
Augmentū minui/grauius torquētur auari
Amiſſi memores /ꝙ̄ delectentur habendo Oracius
Prouide tui curſus frenū moderare/caduca
Sunt bona fortune/ſtabiliſqʒ ignara fauoris
Inuida fatorum ſeries /ſummiſqʒ negatū Lucanus
Stare diu/nimioqʒ graues ſub pondere lapſus
Vindicat elatos iuſta ruina gradus Eſopus
Stare diu/nec vis /nec honor/nec forma/nec etas
Sufficit/ī mundo plus tamen iſta placent
Multa licet placeant/nichil omni pte beatum Hinricus
Circa perfectū ſiſtitur omnis homo
Inuidet humanis comes imperfectio rebus Matheus
Omnis proſperitas integritatis eget

De fugienda ambitione. Capitulū. xxvij

Omnibus inuenies que nunc iactantur in alto Ouidius
Nauibus /a portu lene fuiſſe fretum
Omnibus eſſe malis me iudice cenſeo dignū Alexād.
Quē pudet euentus ſua cum fortuna pudoris
Res anguſta vetat ne quis ſublimia ſperet Querulus
Haut facile emerguntquorū virtutibus obſtat Iuuenal'
Res anguſta domi .·. ſic pure ſemita vite .·. Sedu
Qua nunc prona ſolo/tantū fit proxima celo
Non honor eſt ſed onus /ſpecies leſura ferentem Hinricus
Vilis horriditas /non onu ſed honor
Fellitum patitur riſum quē mellit inanis Eſopus
Gloria/ vera parit tedia/falſus honor
Quod natura negat nemo feliciter audet
Diſplicet imprudens vnde placere putat

Maximia Nonne placet melius certis conſidere rebus
Euentus dubios res noua ſemper habet
Lucan9. Non labor indignus qui regni culmine dignum
Efficit/et ſummi regimē pertingit honoris
Arator. Sed meriti ſucceſſus erit/non ſanguinis ille
Alexād. Indignum ſatis eſt vt conſumatur in illis
Gloria vel virtus vbi multo p̄ta labore
.·. Luca. Oſtendi nequeat .·. o vite tuta facultas
Pauperis anguſtiq; laris o munera nūdum
.·. Curcu Intellecta deum .·. vera ſentencia tu te
Eſſe putas miſerum non poteſt eſſe miſer
Iuuenal Noſcenda eſt menſura tui/ſpectandaq; rebus
.·. Luca. In ſummis minimiſq; etiam .·. ſors vltima rerum
In dubios caſus et prona pericula mortis
.·. Eſop9 Precipitare ſolet .·. leuitas improuida lapſum
.·. Ouidi. Sepe facit .·. proch gnara nichil mortalia fati
.·. Iuuen̄. Corda ſui .·. ſeruat multos fortuna nocentes
Et tantum miſeris iraſci numina poſſunt
*Fortunam reuerenter habe/quicumq; repente
Magnus ab exili progrediere domo
Lucanus Multos ex humili magna ad faſtigia rerum
Extollit/quociens voluit fortuna iocari
Ouidius Suſtineas vt onus nitendum eſt vertice toto
Ac flecti neruos/ſi paciare cades
Otto Sortitur ſubita res/certas ſepe ruinas
Nam modus abſq; modo moderamine non eget ymo
In ſe deficiens/ſe citra ſe moderatur
Suſan. Non fallit ſermo vulgari tritus in ore
Donec fracturam ſenciat olla natat
Otto Pendeat ambiguo cuiuis dilacio fine

¶ Alanus.

Cedere principio malo q̄ꝫ cedere fini — Alanus
Pena minor certam ſubito perferre ruinā — Maximꝰ
Quā timeas grauius ſuſtinuiſſe diu
Mitius ille perit ſubita qui mergitur vnda — Ouidius
Quā ſua qui tumidis brachia iactat aquis
¶ De amicicijs potentum. ¶ Capitulū. xxviij.
Dulcis inexpertis cultura potentis amici — Oracius
Expertus metuet / tu dum tua nauis in alto eſt
Hoc age / ne mutata retrorſum te ferat vnda
Humaneqꝫ memor ſortis que tollit eoſdem — Ouidiꝰ
Et premit / incertas ipſe verere vices
Nil homini certū. neſcis puer improbe neſcis — Lucanꝰ
Quo tua ſit fortuna loco. quē te deus eſſe — Perſiꝰ
Iuſſit / et humana qua parte locatus es in re
Diſce leui motu. Mutantur proſpera iura — Lucanꝰ
Sic iuſſit natura potens nūq̄ꝫ omine leto
Diſtrahimur miſeri / felix ſe neſcit amari
Nam ipſi q̄ꝫ ſoli poſſint prodeſſe potentes — Ouidiꝰ
Non proſunt / verum plurimū obeſſe ſolent
Conſtat. amicitias regum non eſſe perhennes — Alexād
¶ Ne humiles ſe potentibus aſſocient. ¶ Cap. xxix.
Ne fortem ſociet fragilis vult pagina pñs — Eſopus
Nam fragili fidus neſciet eſſe potens
Pauperior caueat ſeſe ſociare potenti — Auianꝰ
Namqꝫ fides illi cum parili melior
Fortes fortis amet / nam fortem fortior angit — Eſopus
Maiori timeat obuius ire minor
Audet in audaces timidus / fortiqꝫ minatur
Debilis / audendi cum videt eſſe locum
Cum maiore minor conferri deſinat / et ſe
Conſulat / et vires temptet ipſe ſuas



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Auian9 Hec poterunt poſt hec miſeros exempla mouere
Subdita nobilibus vt ſua fata gemant
Hec nos dicta mouent magnis obſiſtere fruſtra
Paulatimqꝫ truces exuperare minas
Hinric9. Aggrediens litem cum diuite ſiue ſit actor
Siue reus / pauper / cedat vtroqꝫ modo

Qꝫ ſimilis quiſqꝫ ſociari debet ſuo ſimili. Cap. xxx

.·. Alexā Congaudent paria paribus .·. firmiſſim9 inter
Equales interqꝫ pares eſt nodus amoris
Equales ſunt ſiue pares / qui nec ſibi cedunt
.·. Ouidi. Nec ſeſe excedunt .·. medio tutiſſimus ibis
Maior enī medijs gracia rebus ineſt
Alexād. Fortunā alterius dum tractat quiſqꝫ / recurrit
Ad ꝓpriam et ꝓpria conſulta ſorte requirit
Tales exterius qualem ſe nouerit intus
Fortunata parem ſolet alea querere caſum
Lucan9. Nulla fides vnqꝫ miſeros elegit amicos

De laude vere paupertatis et vituperio abiciōis. c. xxxi

Catho. Infantē nudum cum te natura creauit
Paupertatis onus pacienter ferre memento
Ouidius Reges qui viuunt non omnes omnia poſſunt
Pauper iam fecit quod rex feciſſe cupiuit
Lucan9. In dubijs vicium eſt inopem ſimulare tiranno
Quāto igitur dominis rerum ſecurius euū
Verus pauper agit / quātum ſors vltima rerum
.·. Ouidi. Libertatis habet at .·. nulla potencia longa eſt
Iuuenal Gloria quāta libet quid erit ſi gloria tantū
Querul9 Non vna natura manu mortalia queqꝫ
Emetit / at hec deprimit illa beat
Otto Nam varios caſus humanis fata miniſtrant
Stulticijs / que precipitant plerumqꝫ quod ordo
Debitus / incertas homini predeſtinat horas

Eheu q̄ multos fortune negligit error
Que dum ſucceſſus infert incauta benignos
Hoc ipſo fit quo cepit prodeſſe nociua
Inuida fortuna cum multis ardua donet — Dares
Guſtatos grauiore fauos vlciſcitur ira
Quem res plus nimio delectauere ſecunde — Oracius
Mutate quacient / ſiquid mirabe̅ pones
Inuitus fuge magna licet ſub paupere cultu
Reges et regum vita precurrere amicos
Heu q̄ difficili niſu ſors prouehit actus — Alexā
Lubrica / mortales et quos aſcendere fecit
Qm̄ facile euertit.·. fortuna miſerrima tuta eſt — Ouidi9
Aſcenſor nimius nimiū ruit / aptus in imis — Eſopus
Eſt loca hic leuis eſt / illa ruina grauis
Pendula celſa ſequi res eſt inimica ſaluti — Arator
Qui plus eſſe putat ſua q̄ natura miſtrat — Eſopus
Poſſe ſuum ſuperans ſe minor eſſe poteſt
Hic quicūq3 noua ſublatus laude tumeſcit — Auian9
Dat merito penas dum meliora cupit
Hic qui ſumma petit cadit aſperiore ruina — Henric9
Qui iacet inferius non habet vnde cadat
Alta time.·. iam non ad culmina rerum — .·. Clau.
Iniuſtos creuiſſe q̄ror tollūtur i altum
Vt lapſu grauiore ruant
Alta time.·. nam qui nimios optabat honores — Paulus
Et nimias optabat opes numeroſa parabat — .·. Iuue
Excelſe turris tabulata / vnde altior eſſet
Caſus et impulſe preceps inmane ruine
Summus nempe locus nulla non arte petitus
Metiri ſe quē3 ſuo modulo ac pede verum eſt — Oracius

Ouidius Crede michi bene qui latuit vixit/ et intra
Fortunam debet quiſqȝ manere ſuam
Oracius Nam neqȝ diuitibus contingunt gaudia ſolis
Nec vixit male qui natus morienſqȝ fefellit
Auian9 Metiri ſe quemqȝ decet ꝓprijſqȝ iuuari
Laudibus / alterius nec bona ferre ſibi
Ne detracta grauem faciant miracula riſum
Ceperit in ſolitis cum remanere malis
Contentum proprijs ſapientem viuere rebus
Nec cupere alterius noſtra fabella monet
Indignata ſibi ne ſtet fortuna recurſu
Atqȝ eadem minuat que dedit ante rata
Mathe9 Alterat humanos ſors malefida ſtatus
Succeſſu finis āterioꝝ carȝ ¶ De mutabilitate rerum ·c·xxxij·
Omnia ſunt hoīm tenui pēdencia filo
Ouidius Et ſubito caſu que valuere ruunt
Cuncta relinquentur/ nec poſt hec inuenientur
Spe·m̃s Quod breuiter durat quis prudens querere curat
Heu heu ꝙ tenui nutant mortalia filo
Pares Nil homini fixum/ fortune munera blande
Inſidias / non dona reor/ ſemperqȝ timebis
Syrenum turbe ſimilem/ ſub ſole ſereno
Nubem ſub riſu lacrimas / ſub melle venenum
Si tibi res / fallit caſus / ſi forma/ ſenectus
Si vires / morbus / ſi nomen grande/ litura
Poſtera/ et in nullis fati conſtancia domis
Ipſe etiam has inter tenui virtute procellas
Fretus homo / aut languet moriens / aut mortu9 acet
Horum ſi neutrum certe mortalis et imos
Fraudatura dies / medios metit Atropos annos
Atropos ante fores aſtat reliqueqȝ ſorores ·

Ps̃·pal·

De inſtabilitate fortune. Capitulū. xxxiij.

Optat ad occaſum fortune gracia fallax — Matheꝰ
Sors neſcit ſtabilem perpetuare fidem
Eſt rota fortune fallax et mobilis ymmo
Eſt in ſorte fides non habuiſſe fidem
Ipſa grauata leuat / caſſat rata / federa rumpit — Dares
Infirmum firmat / fixum mouet / ardua frangit
Eſt odioſus amor ſortis / lex perfida / riſus — Matheꝰ
Flebilis / inconſtans manſio / falſa fides
Hec dea non ſtabili q̄ꝑ ſit leuis orbe fatetur — Ouidiꝰ
Que ſūmum dubio ſub pede ſemper habet
Ludit in humanis diuina potencia rebus
Et certam preſens vix habet hora fidem
Tu quoqꝫ fac timeas et que tibi leta videntur
Dum loqueris fieri triſtia poſſe puta
Tu quoqꝫ formida nimiū ſublimia ſemper
Propoſitiqꝫ memor contrahe vela tui
Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat
Et manet in nullo certa tenaxqꝫ loco
Sed modo leta venit / vultus modo ſumit acerbos
Et tantum conſtans in leuitate ſua eſt
Inſcia mens hominū quāta caligine fati — Alexād
Preſſa iacet / que dum populis bona cōfero / magnis
laudibus extollor / ſi quādo retraxero rebus
Imperioſa manū rea criminis arguor / ac ſi
Natura ſtabilis ſub conditione teneri
Poſſem / ſi ſemper apud omnis vna manerem
Aut eadem / iam non merito fortuna vocarer
lex michi nature poſita eſt ſine lege moueri
Solaqꝫ mobilitas ſtabilem facit ergo ∴ Secundis — Oraciꝰ
Pone modum veterumqꝫ ducū tu reſpice caſus

Boecius Qui cecidit ſtabili non fuit ille gradus
Spe. m. Non ſtat ſecurus qui protinus eſt ruituru

¶ Qz nõ ſit deſperãdũ vel deficiẽdũ i aduũſ. c. xxxiiij

Eſopus Omne boni precium nimio vileſcit in vſu
Fitqz mali guſtu dulcius omne bonum
Sti. pal. Arrident meſſi qui mittunt ſemina feſſi
Carius eſt carum ſi preguſtatur amarum
Blandicijs indignus erit / molliqz potiri
Fortuna qui dura pati vel amara recuſat
Nã que dura prius fuerant molleſcere vidi
Eger in aduerſis animus ſapientis / et egẽ
Conſulit ipſe ſibi / cum duro in tempore primis
Diffidit rebus / et ſpes langueſcit inermis
Nunc aduerſa pati / nunc exultare ſecundis
Nunc caput incuruare malis / nunc tollere / ſortis
∴ Luca. Humane eſt ∴ multos in ſũma pericula miſit
Venturi timor ipſe mali fortiſſimus ille eſt
Qui promptus metuenda pati / ſi cominus inſtent
;. Alexã Et differre poteſt ∴ nichil inſuperabile forti
Querul9 Non faciet caſus miſerum ſed opinio ſola
Si conſtes animo caſus inermis erit
Virgili9 Tu ne cede malis ſed contra audentior ito
Ouidi9. ⊥ Credite cõſilijs ⌐ quãdo peiora timentur
Eſt in vesta leuis / ſors autẽ vbi peſſima rerum
Sub pedibus timor eſt ſecuraqz ſũma maloruz
Eſopus Cui ſua vita nocet caueat ſibi rumpere vitam
Non nece ſed meriti iure quieſcit homo
Querul9 Quilibet impaciens miſere male ſortis acerbat
Sors mala ſi pateris fiet acerba minus
Virgili9 Durate et noſmet rebus ſeruate ſecundis
Forſan et hec aduerſa olim meminiſſe iuuabit
Ouidius Scilicet aduerſis probitas exercita rebus

Triſti materiam tempore laudis habet
Op paſſi grauiora dabit deus hijs quoqꝫ finem — Virgiliꝰ
Rebus in aduerſis animū ſubmittere noli — Catho
Indulget fortuna malis vt ledere poſſit
Sors refouet riſu proſperiore reos — Matheꝰ
Florent ſucceſſu languidiore boni
Succeſſus noli indignos tu ferre moleſte — Catho
Tranquillis rebus que ſunt aduerſa caueto
Rurſus in aduerſis melius ſperare memento
Cum ledit miſeros fortuna medetur eiſdem — Eſopus
Crede mechi miſeris celeſtia numina parcunt — Ouidius
Nec ſemper leſos et ſine fine premunt
Nil adeo fortuna grauis / miſerabile fecit
Vt minuat nulla gaudia parte malum
Flebile principium melior fortuna ſecuta eſt
Nube ſolet pulſa candidus ire dies
Flebile principium melioꝛ fortuna ſecundat — Gilberti
Non etenim primis vltima ſunt eadem
Sors mala tunc peior ſi ſit prolixioꝛ illa — Querulꝰ
Si breuis eſt aliquid proſperitatis habet
Felix qui patitur que numerare poteſt — Ouidius
Quã miſer eſt qui fert aſperiora fide
Vix miſer emergit vix letos migrat in vſus — Matheꝰ.
Quem premit irate proſperitatis hyems
Serpit humi tutus nimium timiduſqꝫ procelle — Oracius
Crede michi miſeros prudencia prima reliquit — Ouidiꝰ.
Et ſenſus cum re conſiliumqꝫ fugit
Gens quecumqꝫ ſuos circumferat aura labores — Otto
Prouiſum ſic eſſe putans / nec poſſe caueri
Quicquid contingat vocat immutabile fatum
Exitus acta probat / careat ſucceſſibus opto — Ouidiꝰ.

Quiſquis ab euentu facta notanda putet

¶ De fortitudine habenda ī adūſis. Capitulū. xxxv.

Proſp. Cum mutabilium decurrunt tempora rerum
Dumqꝫ ſuis mundus motibus atteritur
Rectorum eſt aduerſa pati et tolerare modeſte
Nec querula in quocūqꝫ voce mouere deum
Aurora Qui cor ad eterne patrie defigit amorem
Triſtia nulla timet / nec mundi querit honorem
Ardua nulla bonis ſpe ſideree regionis
Dura libens tolerat quiſquis ſublimia ſperat
Alexād Cum labore merces equa ſibi lance coherent
Et ꝑibus cauſis reſpondent premia dampnis
Dulcior eſſe ſolet fructus maiorqꝫ ſecundis
Rebus et aduerſis maius ſolamen haberi
Nulla rei nouitas peruertere forcia debet
Pectora / cum nulla teneatur lege fidelis
Arator Eſſe homini fortuna diu .·. contraria ſemper
Lucan9 Virtuti fecere viam .·. componite mentes
Ad magnum virtutis opus / ſummoſqꝫ labores
Cleric9 Dulcior eſt ludus poſt triſtia / ſic ſolet eſſe
Gracior e nebula facta ſerena dies
Ouidi9 Inuia virtuti nulla eſt via .·. viuite fortes .·. Oraci9
Forciaqꝫ aduerſis opponite pectora rebus
Ouidi9 Publica virtutis per mala fata via eſt
Que latet inqꝫ bonis ceſſat non cognita rebus
Apparet virtus / arguiturqꝫ malis
Vt bene pūgnemus bene pūgnans efficit hoſtis
Virgili9 Spes ſibi quiſqꝫ viri .·. nam triſtia cuncta ſubibit
.·. Arator Qui curſum complere volet / miſſima ſors eſt
Penarum quas vota gerunt / cuſtodia peccat
Cū ſpolijs ſi raptor eat / paſtoris inertis

Fraude perit/ q̃d preda rapit Sed et acrior hoſtis
Intus erit grauiuſq; malum diſcordia portat
Que vulnus ſub pace creat/ ne credite duris
Virtuti dãpnoſa quies/ nullumq; coronat
In ſtadio ſecurus honor/ ſua gloria forti
Cauſa laboris erit caruſq; ad prelia miles
Cui pax ſola fuit/ victoria ſemen ab hoſte
Accipit/ hinc oritur/ meriti fit laurea iuſtis
Ex precio quod terror agit/ menſuraq; virtus
Creſcit in aduerſis que teſtibus vſa periclis
Ad meritum diſcrimen habet via prima ſaluti
Affectus miſerantis erit/ miſeratio ſemper
Conditione caret etenim ∴ cunctatio nulla eſt ∴ Marci.
Quod ſuperi voluere licet ſtent ardua magno
Letius eſt quociens magno ſibi conſtat honeſtum Lucanus.
Sunt meriti magni cum magno parta labore Otto
O male parta quies / o ſemper dedita ſompno Arator.
Pectora nuda bono labor vltimus omnia ſecum
Qui deſperat habet ſola eſt via vincere victis
Formidare michil reſtat ∴ ſpes vnica victis ∴ Alexã
Contra victorem rurſum ſperare triumphum
Victores victos extimuere ſuos Gri. fil.
Quondam etiam victis redit in precordia virtus Virgili.
Ite nunc fortes vbi celſa magni Ducit exempli via Boecius
Cur inertes terga nudatis/ ſuperata tellus/ ſidera donat Saphica

¶ De vtilitate aduerſitatis. ¶ Capitulum. xxxvi.

Quid da fata pijs/ et fors ingentibus auſis
Fama comes ∴ aliquiſq; malo fuit vſus ĩ illo Horacius
Vtilis interdum eſt ipſis iniuria paſſis ∴ Ouidi.
Qui ſemel eſt leſus fallaci piſcis ab hamo
Omnibus vnca cibis era ſubeſſe putat.

Querul9 Paſſus dampna ſemel cautior eſſe ſolet
Catho Cognita iudicio conſtant incognita caſu
Cognita ſollerter/temere neſcita cauemus
Qualiter euadas ſcita pericula docent
.·. Ara. Ingenium mala ſepe mouent .·. dat ſemina cauſis
Lucan9 Res mala ſepe bonis liceat ſperare timenti
Ouidi9 Audentes fortuna iuuat pregrande doloris
Ingenium eſt miſeriſqȝ venit ſollercia rebus
Mathe9 Ingenij dolor auget opes/rebuſqȝ ſiniſtris
Plenius anxietas ingenioſa ſapit
Claudi. Accendit ſegnes animos rerumqȝ remotas
.·. Dares Ingenioſa vias paulatim explorat egeſtas
Staci9 Eſt vbi dat vires nimius timor .·. felicitartem
Claudi. Atqȝ artes peperit ſollercia promonet vſus
Catho Vulnera dum ſanas dolor eſt medicina doloris
.·. Alexā Caſtigant aduerſa reos .·. graue vulnus acerbo
Curatur ferro/grauis eſt medicina dolenti
Aſperior ſanat grauiores pocio morbos
Ouidi9 Cuncta prius temptanda/ſed immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt/ne pars ſincera trahatur

De ſpe habenda in aduerſis Capitulū .xxxvij.

Eſopus Spem decet amplecti/ſpes eſt via prima ſalutis
Sepe facit metui nō metuenda metus
Hic metuat quicūqȝ timet/ne mole timoris
Spe careat/grauis eſt ſpe fugiente metus
Sepe gerit nimios cauſa puſilla metus
Speret qui metuit/morituros viuere vidi
Spe duce/victuros ſpe fugiente mori
Ouidi9 Longa mora eſt omnis que nobis gaudia differt
Mathe9 Coniectat mala queqȝ timor metuenda ꝓphetat
Et dubijs rebus deteriora canit

Stacius
Peſſimus in dubijs augur timor ∴ Hunc rogo ſperne ∴ Eſop9
Nam ſumme miſer eſt cui nec ſperare relictum eſt Dares.
Cauſa iubet melior ſuperos ſperare ſecundos Lucanus
Eſt ſpes in dubijs / ſemper comes optima rebus Alexā8.
In rebus dubijs ∴ ſpes eſt ad gaudia velox ∴ Arator
Spem iuuat amplecti que non iuuat irrita ſemper Ouidius
Vt fieri cupias / ſiqua futura putes
Hec facit vt cantet vinctus quoqz compede foſſor
Liberaqz a ferro crura futura putet
Hec facit vt videat cum terras vndiqz nullas
Naufragus / in medijs brachia iactet aquis
Sepe aliquem ſollers medicoꝝ cura reliquit
Nec ſpes huic vena deficiente cadit
Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem
Atqz aliquis pendens in cruce vota facit
Hec dea q̄ multos laqueo ſua colla ligātes
Non ē ꝓpoſita paſſa perire nece
Qui totum ponunt in ſpe vel amore ſuorum Alexā8.
Qm̄ cito ſuſtineat lacrimarum areſcere riuus
Ignorant / leuiter veniunt / leuiuſqz recedunt
Blandiri dociles lacrime ſolaſqz ꝓpinqui
Impendunt miſeris lacrimas / arentibus illis
Cum lacrimis areſcit amor / pietaſqz tuorum.

Q̄ exilium dulce ſit miſeris. Capitulū. xxxviij.

Conſilium vis ferre meum ∴ bene fertur iniqua Marcia9
Condicio cum tecta latet / bene fertur amara ∴ Alexā
Condicio miſeram ſi noſti abſcondere vitam
Nullaqz tam nota miſeris / tam patria dulcis
Qm̄ ſedes aliena / domus ſine teſte Prioris
Fortune / miſeros faciunt loca ſola beatos
Quādo beatarum ſubeunt obliuio rerum

Maximi Dura ſatis miſeris memoratio priſca bonorum
Et grauius ſummo culmine merſa ruunt
Eſt graue quod doleas cōmemoraſſe diu
Staciꝰ Dulce loqui miſeris vetereſqꝫ reducere queſtus
Ouidiꝰ Expletur lacrimis egeriturqꝫ dolo

De dulcedine patrie. Capitulū.xxxix

Idem. Sit aliquid patrijs vicinum finibus eſſe
Alexād Dulcior eſt patrius alieno ceſpite ceſpes
Exulibus tandem fortuneqꝫ vltima paſſis
Eſt aliquid patrio ſe reddere poſſe ſepulcro
Mollius oſſa cubant manibus tumulata ſuorum
Querulꝰ Dulce mori in patria/dare dulcibus oſcula natis
Sortiri heredes/ponere cuiqꝫ ſuum
Ouidiꝰ Neſcio qua natale ſolū dulcedine cunctos
Ducit et immemores non ſinit eſſe ſui
Non dubia eſt ythaci prudencia/ſed tamen optat
Fumū de patrijs poſſe videre focis
Quid roma melius/ſcitico quid frigore peius
Huc tam ex illa/barbarus ille fugit

De mutabilitate temporum. Capitulū.xl.

Ouidiꝰ Ipſa quoqꝫ aſſiduo labuntur tempora motu
Non ſecus ac flumen/neqꝫ enim conſiſtē flumen
Nec leuis vnda poteſt/ſed vt vnda impellitur vnda
Vrgeturqꝫ eadem veniens/vrgetqꝫ priorem
Tempora ſic fugiunt p̄iter p̄iterqꝫ recedunt
Et noua ſunt ſemper/nam qđ fuit ante relictum eſt
Fitqꝫ quod haut fuerat momentaqꝫ cuncta nouantur
Noſtra quoqꝫ ipſorum ſemper requieqꝫ ſine vlla
Corpora vertuntur/nec qđ fuimus ve ſumus ve
Cras erimus/fuit illa dies qua ſemina tantum
Speſqꝫ hominuꝫ/prime matriſqꝫ habitauimus aluo

Tempus edax rerum / tuqz inuidioſa ſenectus
Omnia deſtruitis / viciataqz dentibus eui
Paulatim lenta conſumitis omnia morte
Ipſa etiam veniens conſumit ſaxa vetuſtas Maximia
Et nullum eſt quod non tempore cedat opus
Subruit hec cui demoliturqz prioris
Robora ⁺iamᶠ .·. nichil eſt toto quod ꝑſtet in orbe .·. Ouidi.
Cuncta fluūt / omniſqz vagans mutatur ymago
Cuncta trahit ſecum vertitqz volubile tempus Maximia
Nec patitur certa currere queqz via
Nec que preteriјt rurſum reuocabitur vnda Ouidius
Nec que preteriјt hora redire poteſt
Labitur occulte fallitqz volatilis etas
Et nichil eſt annis velocius ⁺omnia mutartᶠ
Jam nichil eſt totum q̃d viximus / omnia ſecum Maximia
Tempus preteriens / horaqz ſum ma trahat
Omnia fert etas animū quoqz .·. cum bene notum Virgili.
Porticus agrippe via te conſpexerit appi .·. Oraci⁹
Ire tamen reſtat numa quo deuenit et ancus
Viue memor leti / fugit hora / hoc q̃d loquor inde ē Perſius

De conditione mortis. ¶ Capitulū. xli.

Heu quid homo cui⁹ lucē p̄mit vmbra / cadauer Thobias
Fetor / delicias buſta / ruina ſtatum
Cur hominem parit / et perimit natura / nouerca
Et genitrix / ortu cōmoda / morte nocens
Quid fuit eſt et erit / niſi fex / fex peſſima / q̃uis
Cara ſit / heu carie nō caritura caro
Non natus valeo mortem nō ſoluere / natus
Non nequeo / miſera conditione mori
Lex grauis eſt carnis / cuius via tranſitus eſſe
Eſt debere ſibi deeſſe / ſepulcra pati
Mors properat fuga nulla patet mortale tributū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Soluere/nature lege tenetur homo
Inſtabiles ſumus et fragiles / multiſqꝫ ruinis
Atterimur ſic iam trahimur ſub tempore finis
Vita breuis velud vmbra leuis ſic annichilatur
Hic vadit ſubitoqꝫ cadit/dum ſtare putatur
Proſperitas reruꝫ ſeries longinqua dierum
Tranſiet abſqꝫ mora cum mortis venerit hora
Querulꝰ Lex ea nature ſolui ſociata neceſſe eſt
Boeciu Cōſtat eterna poſitūqꝫ lege eſt vbi ꝯſtet genitū nichil

De hijs qui diu optant viuere. Capitulū.xlij.

Alexād Degeneres animi pectuſqꝫ ignobile/ſūmum
Eſſe bonum credunt diuturna viuere vita
Thobias Heu quātis uicijs q̄ta grauitate moderni
Exilij petimus perpetuare moram
Naſceris /ergo cinis eris /incipis eſſe/teneris
Poſt non eſſe/datur vita/tenere mori
Nos trahit in mortem natura coactio mortis
Eſt hec vita breuis /lubrica pena labor
Thays Omnes terra ſumus /hec vita fugit quaſi fumus
Iuuenal Ille humero/hic lumbis/ hic coxa debilis /ambos
Perdidit ille oculos et luſcis inuidet huius
Pallida labra cibū accipiunt digitis alienis
Ille ad conſpectū cene/diducere rictum
Suetus /hiat tantuꝫ ceu pullus hirūdinis /ad quem
Ore volat pleno mater ieiuna/ſed omni
Membrorum morbo maior demencia/que nec
Nomina ſeruorum/nec vultum agnoſcit amici
Hec data pena diu viuentibus vt renouata
Semper clade domus multis in luctibus /inqꝫ
Perpetuo merore et nigra veſte ſeneſcat
Thobias Solue libens mortem. ne deſperacio vite

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Prodiga/te merita perditione premat
Permiſſum eſt quos iam leti vicinia tangit
Victuroſqꝫ dei celant vt viuere durent
Felix eſſe mori ˥nam vite longius euum˥
Deſtruit ingentes animos et vita ſuperſtes
Imperio niſi ſumma dies cum fine bonoruꝫ
Affuit/et celeri preuertit triſtia leto
Dedecori eſt fortuna prior quiſqꝫ ne ſecundis
Tradere ſe fatis audet nec morte parata
O felix cui ſūma dies fuit obuia victo
Scire mori ſors prima viris · ſed proxima cogi

De diuerſis generibus mortis · Capitulū · xliij ·

Debemur morti nos noſtraqꝫ ˥facta˥ Neqꝫ vll9 ē — Oracius
Aut puo aut magno leti fuga/quo bene circa
Dum licet in rebus iocūdis viue beatus
Viue memor qꝫ ſis eui breuis ˥atqꝫ fugacis !
Omnia mors equat turba cum corpore mixti — Claudi·
Depoſito luxu veniunt ad tartara reges
Mors reſecat/mors omne necat/qd carne creatur — Ope·mīo
Magnificos premit et modicos/cuncta dominatur
Nobilium tenet impium/nullum reueretur — Alexād
Tam ducibus qꝫ principibus cōmunis habetur
Mors iuuenes/rapit atqꝫ ſenes nulli miſeretur
Geta Oia mors delet˥ cūctis˥ ·.· Mors vltima pena ē — ·.· Luca9
Nec metuenda viris/rapimur quo cuncta ferūtur
Omnia morte cadunt ·.· Mors vltima linea reruꝫ eſt — ·.· Orac9
O qꝫ dura premit miſeros condicio vite — Maxim9
Nec mors humano ſubiacet imperio
Dulce mori miſeris ſed mors optata recedit
At cum triſtis erit precipitata venit
Eſt hominū ſors iſta magis felicibus vt mors — Auian9
Sit cita cuꝫ miſeris vita diurna premat

**Hinricus** Teſtudo miſeris tigris felicibus eſt mors
**Maximia** Morte mori melius quam vitam ducere mortis
**Puerulus** Mors miſeros ditat et fato fata quieſcunt
Viuere da miſero fit magis inde miſer
**Boecius** Mors hominum felix que nec ſe dulcibus annis
Inſerit/ et meſtis ſepe vocata venit
Eheu quam ſurda miſeros auertitur aure
Et flentes oculos claudere ſeua negat
**Alexand.** Tenditur ad mortem cum nil ſupereſſe videtur
Vltimus ad mortem poſt omnia fata recurſus
**Matheus.** Mors petit reprobis et florat florida/ quippe
Ventis erigitur ſpina/ roſeta iacent
**Geta.** Omnia mors delet/ doctum cecidiſſe platonē
Atqz ipſum ſocratem procubuiſſe ferunt
**Maximia** Omnibus eſt eadem leti via/ non tamen vnus
Eſt vite cunctis exitijqz modus
**Aurora.** Et ſimilis vento fuerit tua vita memento
Que venit abſqz mora que ſola tranſit in hora
**Catho** Multum venturi ne cures tempora fati
Nec metuit mortem qui ſcit contempnere vitam
**Maximia** Felices obeunt quorum ſine crimine vita eſt
Felix qui meruit tranquillam ducere vitam
Et leto ſtabiles claudere fine dies

¶ Et nichil in mundo pereat. ¶ Capitulū .xliiij

**Idem.** Ortus cuncta ſuos repetunt matremqz requirunt
Et redit in nichilum quod fuit ante nichil
**Perſius** Egroti veteris medicantis ſompnia/ gigni
De nichilo nichil/ in nichilum nil poſſe reuerti
**Zozimas** Forma perit rerum/ datur altera quaqz dierum
Nos igitur fenum primū caro/ poſtea cenum
**Ouidius** Nec ſpecies ſua cuiqz manet/ rerumqz nouatrix

Ex alijs alias reddit natura figuras
Nec perit in toto q̄c℗ michi credite mundo
Sed variat/faciemq̧ nouat/naſciq̧ vocatur
Incipere eſſe aliud q̄ qd fuit ante/moriq̧
Deſinere illud idem cum ſint hec forſitan illa
Hec tranſlata illuc/ſūma tamen omnia conſtant
Nil equidem durare diu ſub ymagine eadem
Crediderim .·. didici q res nequit vlla perire .·. Geta
Quod ſemel eſt aliquid hoc nichil eſſe nequit
Cui ſemel eſſe datur/nūq̄ non eſſe valebit
Sed faciem mutat et nouat eſſe ſuum

Explicit liber primus .

Incipit liber ſecundus qui tractat de bona fama.
Q in appetitu honoris onus ſit conſiderādū. Cap. p.

Si queratur honos/onus interſet honori Thobias
Queris opes ad opus fructificare volunt
Si q̄rāt opes/tribuas vt oportet egeno
Diues opum/fer opem/ſic operant opes
Si delectat honos/onus adiacet/exigit eſſe
Fructus honos oneris/fructus honoris onus
Sic queratur honos/vt onus reſtringat honoris
Delicias/oneri compaciatur honor
Nubat honor oneri/nec onus ſibi poſcat honoris
Preſidium/nec honor diffiteatur onus
Queris opes/inopi fer opem venaris honorem
Si queratur honos non fugiatur onus
Anxietas et honor ſunt ſe comitancia iure Bri. pal.
Si delectat honos/fer onus/fer acumina cure

Quales debeāt eſſe mores prelatorum et vita. Ca. ij.
Si bonus et redolens fame/dulcedine morum Thobias
Lampade vita dolet moribus orba mori